



27
Postea quam euerit iesus gai. idest chor. & omnes habitatores eius
 Intremis. Oportebat enim dignum aliquid talis victoria
 excelsis omnium do manus offerre. quod ergo istud e. quod agitur
 post uictoriam uideamus. aedificatur iesus altare dno israhel in
 monte geba. & fecit illud sicut praecipit moyses famulus dñi
 filius israhel. scriptum e in lege moysi. Altare fieri ex lapidibus
 in tegris in quibus non e inmixtum ferrum. & postea quam fecit
 altare iesus. imposuit ibi holocausta dno. & immolauit sacrificium
 salutis. & post sacrificium scripsit in lapidibus iesus deuterono
 nomium legem moysi. & scripsit eam coram filiis israhel. & om
 nes seniores israhel. & iudices & scribe eorum praecedebant.
 hinc atque illinc arcam testamenti dñi, uideamus quid in his
 omnibus indicatur. & quid praesens lectio nobis aedificationis
 adquirat. Omnes qui in xpm ihum credimus. lapides uiues edifi
 mur. secundum quod scriptura pronuntiat dicens. Uos autem
 estis lapides uiui aedificati domus. spirituales. hostias accepta
 biles. do pismi xpm. Sicut autem in istis terrenis lapidibus ob
 seruari nouimus. Et hi quidem lapides qui ualidiores sint
 & potentiores. primi in fundamenta iecantur. ut ipsi credi
 & supponi possit totius aedificii domus. alii uero qui sequen
 tes sunt. idest paulo illis inferiores. proximi illis. qui in funda
 mento sunt ordinantur. qui uero plus inferiores sunt paulo
 superius a fundamento. deinde in corpore aedificii lapidum.
 qui in firmiores sunt in superioribus. & prope ipsam tecti fas
 tigia conlocantur. Itanunc intellege. & iam nunc de lapidibus
 uiuis esse aliquos in fundamentis huius spiritualis aedificii qui autem
 sunt isti qui in fundamentis conlocantur. apostoli & prophetae.
 Sic enim dicit paulus haec ipse docens aedificati in quibus sup fun
 damentum apostolorum & prophetarum in ipso angulari lapide